

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Ira d cum fonte primo

Lites aut nullas habeatis aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium et trabem faciat de festuca et animam faciat homicidam. Sicut enim legitis:
qui fratrem suum odit, homicida est.

Quicumque conuicio uel maledicto uel eciam criminis obiectu aliquem lesерit, meminerit satisfactione quam cicius curare quod fecit, et ille qui Iesus est sine deceptione dimittere. Si autem se inuicem lesерint, inuicem sibi debita relaxare debebunt propter oraciones nostras quas utique quanto crebriores habetis, tanto saniores habere debetis.

Augustinus de uita et regula clericorum.

Lites aut nullas habeatis aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium et trabem faciat de festuca et animam faciat homicidam. neque enim ad solos uiros pertinet, quod scriptum est:
Qui odit fratrem suum, homicida est, sed sexu masculino, quem deus primum fecit, etiam femineus praeceptum sextus accepit. quaecumque uel conuicio uel maledicto uel etiam criminis obiectu alteram laeserit, meminerit satisfactione curare quantocius, quod fecit, et illa, quae laesa est, sine disceptatione dimittere. si autem inuicem se laeserunt, inuicem sibi debita relaxare debebunt propter orationes uestras, quas utique quanto crebriores tanto sanctiores habere debetis.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 211, 14 (CSEL 57, A. Goldbacher ed., p.368, ll.11-22).